Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sia magna: uota mea reddam in conspec
tu timentium eum. Edent pauperes et sa
turabuntur: et laudabunt dominum qui re
quirunt eum: uiuent corda eorum in seculum se
culi. Reminiscentur et conuertentur ad do
minum: uniuersi fines terre. Et adorabunt
in conspectu eius: uniuerse familie gentium.
Quoniam domini est regnum: et ipse do
minabitur gentium. Manducauerunt et
adorauerunt omnes pingues terre: in con
spectu eius cadent omnes qui descendunt
in terram. Et anima illi uiuet: et semen
meum seruiet ipsi. Annunciabitur domi
no generatio uentura: et annunciabunt
celi iusticiam eius populo qui nascetur.
quem fecit dominus. Gloria. Psalmus.
Dominus regit me et nichil mihi
deerit: in loco pascue ibi me colle
cauit. Super aquam refectionis
educauit me: animam meam conuertit.

mea